



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Galeoti Martii Narniensis De Homine Libri Dvo

Galeottus <Martius>

Basileae, 1517

Ivgvlvs

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31834**

est pallij, deniq; in Hebræo cōmitra dicit̃. diplois igitur dicitur, quia duplex est pallium. & nō thorax, ut quidā putauerunt. Et manicæ dicuntur, & ferreæ, & laneæ. Vergilius,

Manicæ  
Ferrea,  
Lanea.  
Tunica  
manu-  
leata.

Et tunicæ manicas & habent redimicula mitræ.  
Et hæc dicitur tunica manuleata. Plautus in pseudulo, His tamen ab alijs manuleatam tunicam habere hominem dicit. Lucanus tertio,

Ast alios manicæq; ligant teretesq; catenæ,  
Pro ferreis manicis. Sic & alia, sicut suo loco dicemus.

## • IUGVLVS •



Iugulus.

**I**RVNCVM siue thoracē in anteriorē, posteriorēq; partē distinguim⁹. & priorē nunc aggrediemur, de posteriori erit deinde sermo. Vbi collum desinit, incipit iugulus, qui quasi lacunā quādā efficit, quæ cædi obnoxia est plurimū. Lucan⁹ tertio,

Iugulumq; senilem

Confodiam.

Idem in septimo,

Pauidi num gessimus arma?

Teximus aut iugulos? alieni pœna timoris

In nostra ceruice sedet.

Iugulo. Hinc iugulo uerbum quod nō modo gladio, sed morbo occidere significat. Cornelius Celsus tertio, Nam quartana ne minē iugulat. Et Martialis, Scelus est iugulare falernū.

Iugula. Iugula uero signi cælestis pars est, de qua sic Varro de origine linguæ latinæ, Iugula signū qd' Accius appellat Oriona ait, citius Orion patefit. Huius signi caput ducitur ex tribus stellis, quas infra duæ claræ, quas appellant humeros, inter quas quod uidetur iugum, iugula dicta, Plautus in amphitryone.